DE MORTE CHRISTI TRIUMPHANTIS. ORATIO. 3. HABITA IN SACELLO ROM. PONT. D...

Francesco Scanzi

Digitized by Google

pro recuperanda libertate, tyrannide mortis, & pec cati excutienda, releganda, immaniſſimo capite ob truncatur, ſub religioſo tentorio, in tutiſſimo paui mẽto Crucis, intra ſuorum cuſtodiam reconditus. Nolite obdurare corda ueſtra, exaſperare animos, exacerbare mentes: quinimo in morte Ieſu Pater B. Illuſtriſs. purpurati omne genu flectať cęleſtium, terreſtium, & inferorum genera hoc admirentur: ſic obſtupeſcant intra ſe pariter vereantur, & vene rentur ſupremi Regis, ſummi Dei obſtupeſcẽdum factum, totum in amore poſitum, ex amoris fonte profectũ: hic flectãt, incuruent, ſubmittant ſuper bi Reges, indomiti Imperatores, potentiſſimi terra rum Principes ambitioſa, dura, & vana colla dulciſ ſimo iugo, qui nõ in cathedra, ſed ſuper cathedrã gloriabundi ſedent: ſicq; inuitentur, trahantur, alli ciantur ex amore, exclamante ipſo Magiſtro. Iugum meum ſuaue eſt, & onus leue. Admirentur hodie pro annulis aureis, gemmis pretioſis, torquibus ſu perbis, duriſſimos clauos, acutas lãceas, turpiſſimos funes: videant (quæſo) pro aureo diademate, gem mata mitra, Regia corona, pungentes ſpinas, turpe caluitium, ac dilaceratos in ſqualore capillos: ob ſtupeſcant in ſupremo Rege, cuius eſt cæli magni tudo, & terrę imperium totum, in maximo domina tore non purpuram, non byſſum refulgere; ſed po tius ridiculam veſtem, illuſum pallium; & pro pur pureo colore guttas ſanguinis cõtinuo diſtillãtes: adorent pro ſceptro gemmato arundinem falſam, vanam, hic intueatur, contemplentur, omni pietate

vene-

venerentur. Nec ideo ſcandalum patiatur, ſiue læſdatur aliquis, ne offendatur animus pij hominis; imo eo magis, eo alacrius, & libétius omnis lingua velit nolit confiteatur, quia Filius Dei eſt in gloria Patris: ſic regnat: ſic triumphat: ſic dominatur. ita oportuit pati Chriſtũ: ita intrare in gloriam ſuam illum decuit, qui factus eſt pro nobis obediẽs vſq; ad mortem acerbiſſimã crucis: propter quod Deus Pater exaltauit illum: & dedit illi ſupremum, & maximum nomẽ. Vę nobis, vę humano generi, vę animæ noſtræ alioquin periclitanti, deſperatæ, & iam deperditæ, niſi tãto lucro fuiſſet recuperata, redempta, reſtaurata: non quidem corruptibili auro, nõ vano argento, ſed precioſiſſimo ſanguine puriſſimi & immaculati Agni. Sic, ô Reges, conſeruata, & cõfirmata ſunt regna veſtra: ſic, ô Imperatores, imperia reſtaurata, refecta: ſic ſceptra, coronæ aureæ vel lera, mitrę tanto arabone cõſolidata: quæ alioquin falſa, periculoſa, vana, ridicula, iocoſa, deſpecta, & nulla prorſus extitiſſent; niſi precioſiſſimi diſtillãtis ſanguinis, decurrentis cruoris pignore cõfirmata, tutiſſimo teſtimonio corroborata, optimo ſigillo munita extitiſſent: ſic clamãte ipſomet. Per me Reges regnant: Imperatores imperitant: per me Domini, & principes terræ dominantur: Ecce hic Rex Regum, & Dominus dominantium. Verum qua fronte, quo vultu, qua inſolenti temeritate, huc coram te prodibunt dulciſſime Ieſu impij, peſſimi, & nefarij homines? quoniam quem perfeciſti deſtruxerunt, iuſtus autẽ hodię quid fecit? Decet plurimũ,

licet,& expedit,vt recognoſcamus nos pariter tã celebratiſſimum donum nobis traditum: compenſemus:in aliquo remuneremur:reſtauremus. Eamus ergo & nos:&moriamur cum illo. Eamus lęti,ſpontanei,volentes: eamus intrepidi, audaces, & impauidi lętiſſimo animo: quia hilarem datorem diligit Deus. Eamus toto pectore, integris viribus, puro animo, omni conatu nos, qui membra ſumus magni capitis, nos qui tanti præceptoris, tã periti doctoris diſcipuli extamus: nos demum qui vt ſerui, & miniſtri nequam, inutiles filij tam ſupremo Domino, tam Regio, & egregio Principi famulamur; cui ſeruire regnare eſt: moriamur cum illo abnegatis ſẽſibus noſtris, victis,& ſuperatis gladio diuino armamento rationis noſtræ, internis hoſtibus, & cõiurantibus,debellatis carnis, & ſanguinis noſtri paſſionibus. Sic pugnabimus: ſic victores euademus: ſic recte,& pie in nobis moriẽdum eſt. Velle mori hodie proteſtatus, & atteſtatus eſt princeps Apoſtolorum Petrus: Et ſi oportuerit me mori tecum; non te negabo. Mortui ſunt omnes diſcipuli pariter, qui relicto Domino,deſtituta vita confuſi aufugerunt,obuiam morti procedentes. Mortua eſt ſacratiſs.& beatiſs.Virgo mater; cuius animã afflictã gladius doloris pertranſiuit:quæ prę nimio dolore ſtabat iuxta crucẽ lacrimoſa pẽdente filio: rurſus mortui ſunt interno, & inteſtino dolore Angeli pacis, qui ex hoc flebãt amare: affectus ẽ quodammodo inteſtino dolore ęternus Pater in tanto tam maximo filii dolore vnigenito potentiſſimo,

quem

quem̃ dilectum ſępius appellauit, in quo ſibi bene complacebat: quem theſaurum ſapientiæ, & ſcie\u0303tiæ ſuæ aſſeruerat. Mortui ſunt impij, ſceleſti, & deperditi, qui abeu\u0303tes ex nimia deſperatione laqueo ſe ſuſpenderunt: ſed cum illis nobis moriendum non eſt: caueamus pro viribus noſtris turpiſſimum, atq; deſperatum genus mortis. Cũ illo ergo moriamur ampliſſimi Patres. cuius mors nobis vita: cuius ſacrificium nobis gloria: cuius crux imperium: cuius ſanguis effuſus omnibus victoria exiſtit. Cum illo dico moriamur, qui ſemper eſt, ſemper fuit, ſe\u0303per erit vnus, & idem magiſter, & dominus. Vos me vocatis magiſter, & domine, & bene dicitis: ſum etenim. Clamemus pie cum turba: non falſa intentione turbæ, ſed deuota, & religioſa mente inſtemus, repetamus. Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Legem dico gratiæ, legem iuſtitiæ, legem naturæ, legem ciuilem, legem canonicam, legem ſcriptam, legem nõ ſcriptam, legem tacitam, legem expreſſam, legem implicitam, & confuſam, legem explicitam, & diſtinctam, legem viuam, legem mortuam, legem loquentem, legem mutam: & ſecundũ leges omnes conſtitutiones, ſanctiones, traditiones, dogmata, inſtituta, decreta, mores, præcepta debet mori inſtante publica neceſſitate, vrgente commoditate, ſuadente vtilitate, quia Dei ſe fecit filium. Hanc legem ſępius videtur innuiſſe Plato in ſuis ſcriptis: eandem legẽ confeſſus eſt celebratiſſimus ſcriptor Lactãtius Firmianus; qui lacte firmo animos paſcit

eandem

eandem legem Cicero in libro de Diuinatione diui no ore pręſagire viſus eſt, ſub cortice fabuloſo neſciens forſitan quid diceret: hanc legem Poetarum ſummus ſcribédo videtur alluſiſſe. In filio hodie poſuit Pater omnes iniquitates, ſcelera, & peccata populi ſui ingrati, indigni, immeriti, exoluenda ꝑ debito contracto, pro ære alieno congeſto. Adeo acriter genitor ſeuiuit in filium, vt propter ſcelera populi eum grauiter percuſſerit, totum ſauciauerit vulnerauerit vſq; ad mortem duriſſimæ crucis, ſicq; proprio filio dilectiſſimó, ſuauiſſimo, iucūdiſſimo non pepercit, non ignouit ad illum non reſpexit illi condonādo, ſiue remittendo pœnam atrocem, ſęuiſſimam ſummā acerbiſſimam, omniū pœnarū maximam. His omnibus rationibus, & alijs probabilibus quę in medium afferri poſſent laudanda eſt aliquo modo ſententia inſurgentis ꝓnunciantis Phariſęi, & ſi vituperandus, damnandus, deteſtandus ſacrilegus Iudex, qui prophetauit, prędixit, vaticinatus eſt, neſciens tamen quid diceret, expedit pro neceſſitate, expedit pro vtilitate, & honeſtate omniū o Iudęi, o populi, & miniſtri, vt vnus moriatur ꝑ populo ne tota gens pereat, vnus qui ſolus eſt ſol Iuſtitiæ, vnus qui eſt via, veritas, & vita, vnus principium, & finis vnus terminus, a quo & in quem: qui triplici pręcioſiſſima gemma ſanctiſſimam Crucem excoluit decorauit exornauit, vt ſponſus dilectiſſimus ſponſam ſuam pie, & ſancte deſponſauit duriſſimo adamante puriſſimo, & ſimpliciſſimo: quatenus victis tribus infeliciſſimis hoſtibus puriſſimū,

&

& caſtiſſimum ſuum corpus, candidiſſimamq; ani-
mam in ſacrificium ſponte obtulit oblatus eſt quia
ipſe voluit, vt Agnus immaculatus coram tonden-
te ſe obmuteſcit: deinde obtulit Smaragdũ ſignũ
veritatis ſemper virentis, & viuentis: ipſo atteſtan-
te. Ego ſum veritas. ille eſt qui peccatũ nõ fecit, nec
inuẽtus eſt dolus in ore eius. Rurſus obtulit igneũ
colorem Rubini charitatis amoris dilectionis ſum
mum argumentum, quam venit mittere in terram;
& quid vult ipſe niſi vt ardeat? Ignis conſumens eſt
charitas, quam gerite Illuſtriſſimi Cardinales in pe
ctore, in ſinu, in mente veſtra in interioribus parti
bus animæ veſtræ. Ad vos itaq; nunc me conuerto
Patres ampliſſimi qui lauaſtis nuper ſtolas in ſan-
guine puriſſimi, & immaculati agni, nunc occiſi,
nunc immolati, & pro omnibus ſacrificati, lauami
ni, quæſo, mundi eſtote, exemplum Chriſti paſto-
ris vos moneat, doceat, inſtruat, qui cum in for-
ma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqua
lem Deo, ſed exinaniuit, euacuauit, extenuauit ſe-
metipſum obediens vſq; ad mortem turpiſſimam
crucis formam ſerui accipiens, ſicq; in vobis Patres
clarificatus eſt dignitate, auctoritate cultis veſti-
bus qui in ſeipſo pẽdens pauperrimus ſuper aram
Crucis. obſcuratus ẽ, ſol Iuſtitię Deus noſter: ſic ape
ruit paradiſum, ſic obſtruxit Inferni ſæuiſſima oſ-
ra, ſic Deo patri nos recuperauit, ac reſtituit. Sed ne
prudentiæ noſtræ ideo innitamur, ne confidamus
nobis: cedat hic, acquieſcat, ſuccumbat, cõquieſcat
prudentia carnis, & ſanguinis noſtri; ne velimus
plus

plus ſapere q̃ oporteat, ne allegemus in cauſa præ ſentis ſacrificij, merita noſtra quæ nulla ſunt, quia ſerui inutiles, ſerui nequã ſumus, filij proditionis, filij iræ: a Dño tantum factum eſt, iſtud eſt admirabile in oculis noſtris. Adeo impotentes, & inutiles ſumus, vt nec cogitare quidẽ poſſimus aliquid a nobis tanq̃ ex nobis, ſed omnis ſufficientia ex Deo. A dño ergo liberali, ſplendido, gratioſo qui nos venundatos ſub lege peccati, gratis redemit, & recuperauit ꝑtio magno; a dño (dico) admirabili, qui eſt potens, & mirabilis in altis operibus, ſuauis, & in æternum miſericordia eius; a dño, qui regit nos, diſponit nos, pręparat greſſus noſtros, Dñs regit me, & nihil mihi dederit in loco paſcuę, cuius imperio omnes acquieſcunt, obediunt, ſeruiunt, dicite quia dñs his opus habet, a dño potentiſſimo, qui ſi pro nobis pugnat, qs cõtra nos ſperare audet, ipſe poſſidet nos, & omnia noſtra in initio viarum ſuarum, a dño ergo factum eſt iſtud, cuius ſunt omnia, dñi eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarũ, & vniuerſi habitãtes in illo, cęlum eſt thronus ſuus, & ſedes ſua, terra ſcabellum pedum ſuorum, cuius potentia vtrunq; replet quid mirum ſi a dño factum eſt: iſtud, cui omnis terra iubilat, cui omnes ſeruire, & famulari velint, nolint tenẽtur: ſeruite dño omnes in lætitia, in timore, & tremore, ſeruite dño omnes ſancti eius, quia æternus eſt, incorruptus eſt, perpetuus eſt, dixit dominus domino meo ſede a dextris meis: a domino ergo factum eſt iſtud, qui exaudit omnes clamantes ad Deum, & diues eſt in inuocã-

tes

tes illum ad dominũ cũ tribularer clamaui, & exau
diuit me ille eſt dominus quem omnis creatura ꝓ
genita etiam demones inferni venerari adorare cō
pelluntur, & cui ſeruire inuiti coguntur dominum
Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. O domine
qui tam potens es opere, & ſermone libera animā
meam de morte, oculos meos a lachrimis pedes lu
bricos a lapſu, qui liberas nos de pœnis inferni de
quo ſcriptum eſt: libera me domine de uijs infer
ni qui portas ęneas confregiſti. Non nouum ſi a do
mino factum eſt illud potentiſſimo, & peritiſſimo
qui eſt magiſter pariter, & dominus vos vocatis me
magiſter, & dñe, & bene dicitis: a domino itaq; fa
ctum eſt iſtud, quo tempore verbum caro factum
eſt Deus homo factus eſt, eo tempore habitauit in
nobis viſa fuit gloria eius quaſi vnigeniti, a patre
plenum gratiæ plenum veritatis factum eſt, non fi
ctum non ſomniatum non commẽticium, ſed vere
& realiter factum, nõ inceptum, non ſomniatũ, nõ
inchoatum, ſed perfectum, non cogitatum, non me
ditatum, non ſimulatum, ſed conſumptum abſolu
tum, quo tempore clamauit in cruce reſonãte vbiq;
voce conſumatum eſt. A domino ergo factum eſt
iſtud, non a ſeruo quia ſeruus neſcit quid faciat dō
minus ſuus: ipſe vocat nos non ſeruos, ſed amicos:
vnicum eſt iſtud ægregium laudabile honorificen
tiſſimum obſtupeſcẽdum adeo, vt in maximum ſtu
porem ꝓbabilemq; admirationem induxerit Dio
niſium Areopagitam qui in hęc verba prę nimia ad
miratione irrupit uidens obſcurari ſolem, moueri

& contremiſcere pondus terræ, lunam ſolito lunari ſplendore defraudari, aut tota machina deſtruitur, aut Deus naturę patitur. Non videri debet nouum ſi iſtud eſt admirabile in oculis noſtris quod & antiquiſſimis patribus ſtuporem inuexit: hiſce oculis vidimus: hiſce auribus audiuimus; ꝓpriis manibus contractauimus quæ a domino facta ſunt verum pie, & religioſe hic agendo oculo cordis opus eſt lumine fidei luſtrante, ſic credere, ſic palpare, ſic videre debemus, ſic intra nos loqui ſæpius, meditari, & cogitare ſępiſſime tenemur. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi q̄ incompręhenſibilia, & inenarrabilia ſunt iudicia tua, ſancta magna nimis, nã omnia in ſapientia feciſti, omnia in excelſa virtute fortiſſimi brachii tui poſita, & ſita ſunt, hæc eſt illa patris ſapientia ęterna quæ attingit a fine, vſq; ad finem procedens fortiter, hic in fortitudine, & ſuauitate detegitur eius iuſtitia, cũ miſericordia iuncta, & diſponens omnia ſuauiter ſuauis eſt, dominus, dulcis dominus. ſuauia faucibus noſtris, eloquia ſua, chara, precioſa, dilecta nimis quibus pendens pro crucifigentibus exorauit, Pater ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt. O verba dulciſſima, ſuper mel, & fauum, ideo ſeruus tuus Domine cuſtodit illa in quibus cuſtodiendis retributio multa ſuper millia auri, & argẽti, adeo admirabile ſemper iſtud fuit viſum quod hodie perfectum eſt, vt antiquiſſimo tempore ſybillas, ſacros Vates Prophetas, tum carminibus, tum figuris umbratili que norma ad prędicẽdum ſacræ rei myſte

rium

rium induxerit, varia ingenia, hominum ſtudia, fre quentes calamos in varios labores diſtraxerit, tem pore mortis accedéte, certiſſimos tunc interpretes, veriſſimos, fideliſs. & veros magiſtros habuit docto res præclarisſimos, auctores exquiſitos, expoſito res ſecuros, qui veram, & tutam ſcientiam omni er rore, & dubitatione ſublata nobis expurgatiſs. tra diderunt, quę prius diuerſimode accepimus, multi fariam, multisq; modis intelleximus, ea tunc tem poris ſecura traditione didicimus. Verum quia in clarisſima aqua perinde, ac i cryſtallino vaſe, lucé tisſimo abſterſo vitro omnia nobis obiecta, oppo ſita facile reprę ſentantur, imaginem oſtẽdunt ſuã, arguũt ſimulachrum idem. Idcirco myſtice legun tur in ſacra lectione verba illa ſenſata grauia, ſale condita, omni conſideratione digna ſummi magi ſtri: in quibus habetur purgatisſimæ aquæ diſtillã tis teſtaceo vaſe ab homine geſtæ myſticum arca num profundum, abſtruſum ſecretum a Domino, & magiſtro detectum manifeſtatum, ſub vmbra an tea cortice, & velamine acceptum, ſed declaratũ nõ tamen exceptum, nec rita interpretatione, dum per gitis in itinere iuſſu meo ad parandum paſcha da bo ſignum. Ecce, & hoc ne de loco dubitetis, ne an ceps teneat vos timor, & terror, occurret vobis ho mo lagenam aquæ portans, vas teſtaceum opere fi guli, ipſũ interrogate o diſcipuli: docebit vos locũ & domum in qua diſcumbemus. Hãc aquam inſpi cite, hanc intueamini, huius claritatem conſiderate ſimplex eſt aqua, purus liquor candidus, non mix

 tus

tus nō confuſus, ſed tota ſyncera eſt, non mirum ſi obiiciet vobis in ſimplicitate intuētibus, ea omnia quæ antea in nubibus, in obſcuro, in caligine verſabantur, hæc præſagiet vobis aquam ex aperto latere, paulopoſt abunde diſtillantem cum ſanguine in ablutionem, purgationem, & veniam peccatorum, hic myſteria omnia ſacrorum vatum oracula priſca in ſumma claritate poſita inſpicietis, in aqua ea omnia referuntur, repręſentantur, quæ hactenus in tenebris volutata, in dubitationibus verſata ſunt hic puritatem Chriſti quæ puritate oĩ eſt purior: vos docebit ſimplicitatem oblatę victimę ſanguinolenti ſacrificij admonebit, quia ſimplex eſt in ſeipſa, non compoſitum elemētum. qui vult lauari, mundari, purgari ad aquam recurrit ſtatim, effundam inquit ſumma Veritas ſuper vos aquam mundam, & mundabimini, ab omnibus maculis veſtris, in hoc teſtaceo vaſe, in hac figuli amphora relucent, apparent, nitent omnia ſacroſancta myſteria, micant, corruſcant ſplēdidiſſime quæcunq; in ſacris vatum interpretum carminibus obſcura, implicita leguntur, Ideo interrogate diligenter hominem qui monſtrabit locum, & domum in qua magiſter diſcumbet. O aquam ſalutis & gratiæ, o aquam rorantem deſuper in hoc differt plurimum ab aqua mulieris Samaritanæ, quandoquidem ipſa in hydria hauriebatur vili fune, cathena, vaſe ceteriſq; inſtrumentis: iſta fide, pietate hauritur, ſicq; in amphora publice geſtabatur, illa ſitim minime extinguebat, iſta ſatiabat illico: rurſus illa turbi

da

da, iſta micans relucceſcens, ſplendeſcens: circumfe
rebatur illa a muliere, iſta ab homine illa dubia cõ
fuſa, iſta vero ab gerente experto exercitato reſolu
to propinabat. interrogate ipſum qui docebit vos
locum diſcumbendi magnam quippe varietatem
diſconuenientiam, incõgruam diuerſitatem vnius
ab altera. ideo ſi quis iſtam biberit, flumina de ven
tre eius fluent aquę viuæ ſalientis in vitam. exaduer
ſo ſi quis illam biberit guſtauerit, ſitiet iterum non
ſaturabitur non ſatiabitur in ea: hęc omnino reficit:
reſtaurat animos recreat pectora, exhilarat mentes:
fortificat corda. Ideo clamat inſtanter pius cithare
dus regius Dauid: eſt anima mea ſine te ſicut terra ſi
ne aqua tanq̃ lignum quod plantatum eſt ſecus de
curſus aquarum, non perdurat, non viget, non vi
uit niſi plantetur in aquis. quemadmodum deſide
rat Ceruus ad fontes aquarum ita anima mea ad te
Deus. Ideo iure merito ad te integra luce tota nocte
in tenebris in ſole vigilo pernocto, elucubror inde
feſſus mente, & corpore intrepidus audax impaui
dus, quia Deus meus es refugium meum bonorum
omnium donator, malorum expulſor ideo ſitiuit ĩ
te anima mea, eſuriuit in te, quia multipliciter eam
reficere, cibare, potentia, ſapientia bonitate reſtau
tare, vales, potes, vis prudẽtiſſime ſcis: vt hodie ap
te docuiſti pendens in ſacratiſs. arbore Crucis quia
Patris potentia potes Filij ſapiẽtia ſcis, Spiritus ſan
cti bonitas hortaris. Sic caro mea nunq̃ requieſcet
nunq̃ cõquieſcet ſpiritus meus, niſi cum ad te vnũ
redierit ad inſtar candidæ columbę quæ egreſſa ar
cam

eam tádiu erranit quamdiu in arcam rediit inquie
tum eſt cor noſtrũ, inquietus animus donec requi
eſcat in te, tunc ſatiabitur tũc omni deſiderio exple
bitur gaudio replebitur cum apparuerit gloria tua
copioſa, felix, beata, ſancta nimis in quã mirantur
& concupiſcunt Angeli quã admirantur honorãt
in qua iugiter gaudent, & letantur in quam proſpi
ciunt beati Spiritus, & lętiſſimi remanent, propter
quã cetera mundi gaudia, vt vana negliguntur, con
temnentur, vt falſa aſpernantur homines, vt leuia,
ab homine pio derelinquuntur penitus, ideo cla-
mat ſanctus vir electionis vas Paulus, omnia ſicut
ſtercora arbitratus ſum, vt Chriſtum lucri facerem,
omnia ſi cum iſta conferantur comparentur ſtoma
chum faciunt nauſeam mouent, in peſſimum odo-
rem terminãtur, vidit anima mea, & odorata eſt ſta-
tim ſtomacata in nauſeam omnia iſta vergi conclu
ſit ſacratiſſimus vir ſicq; in terra deſerta in via, & in
aquoſa ſic in ſancto apparebo tibi, vt videam vir-
tutem tuam, & gloriam tuã, fac domine viſita nos
foue nos in neceſſitatibus, quoniam melior eſt, mi-
ſericordia tua ſuper vitas labia mea indefeſſa imo
expedita promptiſſima laudabunt te magni faciẽt,
te extollent, te in cuius laudibus leuabo manus
meas per diem pernoctem continuo in puritate,
& ſimplicitate mentis ambulando iugiter, candi-
de agendo ſi ſacroſancta miſteria recte perſcru-
tari optamus quia in maligna anima non intrabit
ſpiritus ſapientiæ neq; in corpore ſubdito pecca-
to ergo ingenua ſincera ſit vita noſtra noti, & per-
ſpecti

ſpecti candidi mores eos aptemus Chriſti vitę ſi co
gnitam illius paſſionem, ſi crucem, ſi funes, ſi dolo
res habere volumus, ac in nobis ſentire, ne guſte:
mus illos, ne commercium illorum habeamus qui
bus nigra eſt, vt dicitur cauda hilaritas cũ timore,
& tremore accedamus ad illum, ſic recte percipie:
mus diuinæ lectionis pia miſteria, nonne habetur
hodie in ſacra lectione ꝙ ſequebatur Ieſum Simon
Petrus, & alius diſcipulus, & quia diſcipulus illæ e:
rat notus Pontifici ideo ſtatim intrauit cum Ieſu in
atrium Pontificis Petrus autem ſtabat ad oſtium fo/
ras quem poſtea introduxit alius diſcipulus Ponti/
fici cognitus clamare poterat Petrus Domine homi
nem nõ habeo qui cum turbata fuerit aqua mittat
me in piſcinã, clamare poteſt, rurſus iure merito pi:
us nihil ex nobis tanq̃ ex nobis cogitare poſſumus
ſed omnis ſufficientia, ex Deo eſt, introduxit Petrũ
deinde ancilla hoſtiaria, & ad iurandum, deierãdũ
blaſphemandum doloſe, conpulit muliebri aſtutia
effeminata quadam calliditate, hic miſtice notan/
dum eſt, vnum quod veriſſimum iudicatur, omniũ
malorum cauſa eſt mulier, origo, fons, & fundamẽ
tum exiſtit femina totius iacturæ, & perditionis vi
dete(qnæſo)patres Illuſtriſs. legite conſiderate paſ
ſim ſparſim niſi Ancilla introduxiſſet Petrum non
forſitan Petrus negaſſet tunc tpis magiſtrum, niſi
mulier voluiſſet, Petrus nõ blaſphemaſſet niſi ſug
geſſiſſet capta illa occaſione, maleuola, timidus vir
de facili temere audacter, ſolitę muliebri inſolẽtię,
innixus nõ peccaſſet, niſi hoſtiaria hoſtiũ apuiſſet

Petrus

Petrus vtiq; non ita pauiſſet, niſi iſta voluiſſet, ille non intraſſet, nec iure iurando denegaſſet illud cu ius contrarium certiſſime ſciebat. O mulier peſſima cuius ſexus teterrimus execrabilis omnino habet. Libet mihi inuehendo hic aliquantulum immorari, & hac ampliſſima ſcena ſpatiari. Nõne mulier ne quiſſima fortiſſimũ Sanſonẽ indignabunda viribus eneruauit? nonne mulier fraudulenta primum parẽtẽ decepit? tacebo ꝙ mollis mulier Deianira Herculem robuſtiſſimum venenata interula interemit nonne mulier Pilatum maritum ſeducere enixa eſt nocturna illuſione? cui ſi aures prębuiſſet vę nobis. irata mulier Tobiæ pietatem reprehẽdit deteſtatur mulier Zebedea temeraria, & inſolẽti petitione magiſtrum ambitioſe tentauit pro gloria filiorum: dic vt ſedeant vnus ad dexteram alter ad ſiniſtram in regno tuo: mulier pſallens petiit improbe inter laſciuias afferri ſibi caput Ioannis Baptiſtę. Sed quid diutius immoror? nonne dies potius me deficeret quam rei exempla deeſſent? adeo periculoſum eſt animal, vt ſi quis viderit mulierem ad concupiſcen dũ eam mœchatus eſt in corde ſuo adeo mollis eſt vt admirabile videatur ſi mulierem fortem quis inuenerit: procul, & in vltimis finibus probitas eius, expertus eſt mulieris illecebras, dolos, & aſtutias caput Apoſtolorum Petrus; quas euadere nullo modo tunc temporis potuit. Et quamuis ſe ad ignem illa nocte ſæpius calefeciſſet modo antelucano tẽpore, modo cum ſeruis, & miniſtris, quãdoq; etiam a ſeipſo, non tamen potuit malum genium tentan

tis

tis ſerpentis euadere non prę valuit tunc bonus ſpi ritus, ſic Deo pmittente, callefaciet itaq; nos ignis charitatis, non ſemel verum ſæpe, & ſæpius aditus frequentatus modo aliorum exempla nos moneāt modo noſtra noſmet doceant, callefaciat nos atq; foueat memoria Chriſti toties in multis repreſenta ta, oblata relata modo ſpinæ, quæ peccatis conſe-tuntur pungant, & purgent nos, quia Chriſtus vere Dei filius, qui cęlum ſtellis variatum exornauit, qui ſplendidiſſimo ſoli clariſſimum lumen, & lucem de dit, qui Lunæ, & Stellis motum prudenter docuit qui elemētis ſuam propriam naturam impertitus eſt, qui fluxus, & refluxus reuerberantis ſolis opti me nouit, qui hominem in ſuam obedientiā intro-duxit, ſic excultus, ſic exornatus in publicum pro-dit, regio diademate coronatur, purpura amictus ſa lutatur, ſicq; exiuit Ieſus porans coronam ſpineam & purpureum veſtimentum exiuit vt publice vide retur, exiuit ut ſe Regem demonſtraret, ſic itaq; exi uit vt omnibus intuentibus ſalutem in medio ter-ræ operaretur, ſacrificium, antiquæ legis imitatus quod fiebat extra Caſtra, fortis portabat coronam ſpineam & ſtrenuiſſimus miles galeam in capite ge ſtabat, quo totius mundi enormiſſima peccata tur-piſſimaq; ſcelera expiaret, quę ex hoc arguebantur ideo cum pungūt lędunt, mordent, offendunt, acri ter animum, & conſcientiā noſtram vt ſpinis recte conferantur pungit etiam animos noſtros ſæpiſſi-me vna Principum impiorum libera conuerſatio, arctiſſima familiaritas, neceſſitudo magna, quam

cum Regibus, ac Principibus laſciue degentibus contrahimus; quorum timore ſæpe a recto tramite ab optima via recedimus, quorum amore ambitioſo falſam viam ſępius amplectimur, æmulamur pro gratia ad libitum, ad fauorem loquẽtes, ad gratiam ipſorum: qua inſpecta in teterrimum labimur, in peſſimum inclinamur; in turpe, & fœdum concidimus; in abſurdum terminamus noſtras actiones. Ideo ad noſtram doctrinam non ab re in ſacra lectione habetur, ꝙ contra Pilatum quærentem exinde dimittere dominum clamabãt enixe admodum, inſtabant intempeſtiue; vrgebant, reſonabãt ſacrilegæ moleſtiſſimæ voces: ſi dimittis hunc, non es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cęſari. quem ſermonem cũ audiuiſſet Pilatus magis timuit, & trepidauit vbi non erat timor. O timorem vanum, falſum, nimis ambitioſũ, omni animaduerſione, ſupplicio, & repræhenſione dignum: ad quem ſi reſpicerent Iudices noſtri, væ illis. Timeant indignationem, minas, terrores veri Iudicis in ſupremo, & maximo ſolio ſedentis, in ſancto tribunali iudicãtis: illius dico qui poteſt animam, & corpus perdere, in gehenã detrudere: in infernis, & perpetuo carcere mancipare: diſcedãt potius a principibus, quã a Deo nam vni appropinquare nil aliud eſt, q̃ ab altero recedere. Nolite Iudices terræ iudicare ſecundum fauorem; nolite ad gratiam pronunciare: nolite (quæſo) primo motu, primo impetu furore compulſi inſano mentis, qui rationem obruit, rerum euentum decidere: no

lite

lite calore iracundiæ quicquam ſtatuere: ſed verū & rectum iudicium iudicate: tremendum Dei examen ante oculos vr̄os proponite: qui omnia æqua libra, iuſto pondere metitur: recordemini ꝗ qua menſura vos metiemini, eadem met vos Deus max. metietur: ab aure preces importunas, opportunas, vota, ſuffragia, precationes, rogationes, clientulorū a manibus munera reuocate: & ſi grata dona placāt homines, atq; diuos; corrūpūt, tñ pollutos reddunt, in præceps, atq; ruinam maximam diſtrahunt ſint ſurdæ, ſint tardę aures, ſint durę, ac inhumanę, ne flectantur, ſed ſtent rigidæ cum opus eſt, obaudiant, negligant, deſpiciant, auerſentur, aſpernentur quandoq; rogantem importunū. Ne ſequamur falſum Iudicē hodie, qui cum audiſſet hos ſermones magis timuit: ſint manus ligatę, circunciſæ, breues, caſtigatæ. In uobis ipſis, o Iudices, relucefcant, niteſcant, ſplendeſcant optimæ partes legitimi, firmiſſimi, fortiſſimi, maximi Iudicis maximarum laudum dignæ. In vobis prius deinde in aliis duas gēmas deſiderate. has contemplari, has admirari decet, quas in ſumma reuerentia habeatis. Exercete Iuſtitiam, & Temperantiā: in vobis eligant iſte due virtutes domiciliū: deligite honeſtas, probabiles, laudabiles voluptates: uos in ijs rurſus illas in vobis reſeruate. Oportet metiri virtutes omnes: non in eiſdem formis, verū iuſtitiam in indigentijs multo maiorem virtutem, quam in abundantia, & rerū copia iudicate. Has virtutes Pilatus abhorruit deteſtatus eſt; quatenus improbe ſententiam protulit.

Comendate temperantiam: in potentatibus,& di-
uitibus illam enixius ſentite,& laudate; magis q̃ in
paupere viro: qui ꝗ temperet, & vnde non habet:
tolerantiam in iuniorum ætatibus lubricis atq; li-
centioſis vt præcipuum dolum intueamini, ſuſpici
te: quia illa ætas procliuis eſt, facilis eſt ad luxu-
riam,& peccandum. Hæc in vobis firma habete: in
aliijs quærite,& commendate. Demum in cauſis de
cidendis, pariterq; terminandis moueat vos conſci
entiæ veſtræ teſtimonium: ne timeatis clientulo-
rum potenriam: ne terreat vos eorum fauor, aucto
ritas, exiſtimatio: has omnes paruipendite, deſpici
te: ne ſolem radiantis iuſtitiæ ſuffocent, obſcurent
comprimant, opprimant: ad Imperia, & opes mini
me reſpicite: ne maximi iſta quæ lęuia, & minima
ſunt faciatis: quia mali, & peſſimi homines iſtarum
rerum poſſeſſores, & participes exiſtunt. Tempe
rantia vero,& Iuſtitia, quæ veſtrum eſſe debet pro-
prium bonum; veræ & germanæ ſunt proborum
poſſeſſiones, bonorum hominũ facultates. Hunc
rectæ ſcientiæ clauum incorruptũ, integrum, illæ-
ſum tenete: in quo ſi alios introducitis; voſmet, ani
mos veſtros prius erudite; inſtruite: ne turpis Doc
tor a propria redarguatur culpa: repræhendatur do
lo: obiurgetur crimine. Demnm exiſtimate hoc ſa-
cratiſſimum munus non illegitimum, nec alienum
eſſe a dignitate veſtra; ſed ſanctiſſimum, iuſtiſſimũ,
ab initio traditum per maiores ſapientiſſimos, dein
de per veritatis patres confirmatum, per voſipſos
ſuſtentatum, ac retẽtum, ſanctiſſimo ſuſtinete: vos

abſtinete a malis: memores ſitis illius quam ſuſti
netis iuris conſulti profeſſionem: quę vt in corrup
ta eſt; ſic ab incorrupto penitus animo geri, & ad-
miniſtrari debet: alioquin latet gladius aureus in
ferrea vagina. Caueatis ne quandoq; malo fato ab
alijs reprehendamini accuſemini: eaq; turpis inura
tur vobis nota, quę execrabilem, nefandam, perpe
tuam periat infamiã. Si in falſa doctrina erratis; ſi
in peſſima traditione peccatis, ſi male vos, moresq;
veſtros inſtituitis; illud dubio procul turpe ſentie
tis; q̄ hodie ex phaleratis principalioribus aliqui
indigne ſenſerunt: Noli ſcribere Rex Iudęorum; ſed
quia Regem Iudęorum ſe facit. cui propoſitioni &
nos poſtea indignabundi iracundia prouocati fa
tue, inſule, inſipide reſpondeamus: Quod ſcripſi,
ſcripſi. O ſtolidam, inſanam imperiti Iudicis excu-
ſationem, ineptam expurgationem: o lugubrem,
funeſtam ſuę prudentiæ reſponſionem: Et ſi a malo
Iudice, a peſſimo p̄ſide ſcriptus fuerit titulus San
ctiſſimæ Crucis Dominicę ſic iudicio afflante Spi-
ritu Sancti ſcriptum fuiſſe diuino oraculo concur
rente fateri debemus: ipſo dictãte, ſcribebat falſus
Pilatus: cogitante Pilato ſuggerebat Sanctus Spiri
tus; & triplici lingua, ſiue idiomate idcirco inſcrip
tus, præfixus Sanctiſſimæ Cruci titulus publice le
gendus Hebraice, Gręce, & Latine, vt Hebręorum,
Græcorum, & Latinorum præcipue, deinde totius

derunt:& qui non crediderunt,mortui, & condem̃
nati ſunt: qui vero ambitioſe accedebant, nec cre
dentes, nec ſalui facti ſunt: qui deuote, & pie qui
ſancte, & religioſe, ij vitam vixerunt æternam,in
felici patria,& ſumma beatitudine commorantur.
Multi curioſi ideo non intellexerunt; quia clamat
Ieſus in Cruce contra curioſos rerum nouarum, &
indagatores: Conſumatum eſt quicquid ſub vm-
bra, & figura, in cortice, & velamine occultum la-
tebat, clamat etiam contra perfidos, obſtinatos,
impios, proteruos, ac renitentes; quorum ſalu-
tem appetit;vehemēterq; deſiderat: Sitio animarũ
veſtrarum lucrum. Excitemur omnes iuſto deſide
rio: cõſideremus q̈ hic duplex natura currentium
aſtantium intuētium, commorantium, ad crucem
legentium cõſideratur prout duplex natura patiē-
tis, Chriſti recte demonſtratur in ſacra lectione di
uina nempe, & humana quod apertiſſime pręcete
ris locis in duabus veſtibus, duplici habitu animad
uertere licet quarum vna diuiſa impie a militibus
fuit, & vnuſquiſq; militum accepit ſuam partem ſa
tiauit in ea furorem, & rabiem ſuam, altera vero ſor
tita fuit non diuiſa non per partes diſtributa ſed to
ta integra vni aſſignata cui ſorſitã obuenerit Orem
ſtupendam admirabilem omnium maximam hu-
mana natura diuiſa fuit quoquomodo quatenus
paſſa eſt,lacerata,diſcerpta iniurijs, & cõuicijs affe
cta male excepta ad inſtar veſtis inferioris,& quate
nus verberatus eſt, obtuſus Chriſtus, vt homo liga-
tus irriſus flagellatus, ceſus vellicatur velatus eſt,
eatenus

eatenus veſtis inferior humanitatis inter milites im pios diuiſa eſt, vt vnuſquiſq; militum cui aſſignata pars obuenerit accipiat. O irridendam dementiam, o perditum furorẽ. Milites ergo cum crucifixiſsẽt dominum acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuiq; militum aſſignantes ſuam de tunica autem inconſutili deſuper contexta, per totum dixerunt inuicem non ſcindamus eã ſed ſor tiamur de illa cuius ſit veſtimenta itaq; partiti ſunt impij milites nefandi ſatellites, armati carnifices miniſtri furioſi verum ſuper veſtem inconſutilem miſerunt ſortem de illa ſortientes cuius nam ſit di-uiſi ſunt extranei ſenſus externi hominis pars diui ſa verum intrinſecus homo charitas diuina quæ in homine intrinſecus latebat occultabat͛ nullo mo-do ſciſſa fuit, charitas indiuiſa eſt, & nullo pacto di uidi nec ſcindi poteſt. Si vlterius indagari volueri-mus, ſi diligentius ſecreta perſcrutari, ſi ſtudioſius ſciſcitari originem p̄ntis cauſæ deſideramus in hu-mana natura, nihil fractum, nihil ruptum nec col-liſum extitit. Nonne in ſacro textu legitur de militi bus rogantibus Pilatum venientibus ad frangendũ crura, & brachia eorum qui in patibulo pendebãt, ad hoc vt exoſſatis partibus corporis in veſperis to tum facilius exhalarẽt q̄ reliquum erat animæ totũ euomerent ſpũm vtriuſq; Latronis boni vz. & mali qui crucifixi ſunt cum Ieſu in quorum medio poſi-tus eſt Iudex fracta ſunt ſemi mortua langueſcẽtia

dicio factitata ſunt afflante Sancto Spiritu, vt ſcrip tura recte impleatur in qua habetur os nō commi nuetis ex eo & quatenus poſtea ictu lāceę inhuma niſſimo militari potentia vibrato apertum fuit ei ſa croſanctum diuinum latus ex quo abundātiſſimus manauit riuulus decurrentis ſanguinis ſcaturientis puriſſime aquæ in ueniam purgationem, & redem ptionem peccatorum illud pariter ſumma ratione diuino permittente oraculo contigiſſe credimus vt ſcriptura impleretur qua dicitur videbunt in qué transfixerunt recte viderunt milites in latere aper to pendentis Chriſti ſacrificatę innocentis victimę oblati ſanguinolenti agni puritatem innocentiam candorem vitę viderunt charitatem, conſumantem ardeſcentem, igne concoctam, aſſatam proprio ſan guine in ara Crucis intinctam optime expurgatam viderunt Iuſtitiam, temperantiam, fortitudinem cū ſumma prudentia coniunctam viderunt itaq; mili tes in quem transfixerūt victoriam triumphos tro phea ex triplici hoſte attrito reportata. viderunt li beralitatem Principis largitaté immenſam, & ſplen didiſſimam eius naturam qua motus regnum celo rum pendeñ Latroni largitur, viderunt clementiā immenſam qua crucifig. patitur & ꝓ eis exorat, Pa ter ignoſce illis viderunt demum ſummam reueren tiam erga patrem eternum, erga ſtantem afflictam matrem qua illam diſcipulo Ioanni commendat, ſicq; virginem virgini in cuſtodiā delegat, feneſtra tum pectus adoremus proſtrati veneremur incur nati exoſculemur, pij ſepiſſime verū caueamus nos

ne

ne feneſtrata ſint pectora noſtra ne publice videã- tur in illis, ꝑfecto nil boni videri poterit quinimo corrupta omnia vitiata deflorata dehoneſtata om- nia inquinata fœdiſſima, omni labe polluta, omni macula denigrata, & deformata penitus aſpicient de corde noſtro exibunt cogitationes malæ opera nefanda. hinc ſuperbia, hinc vanitas, hinc ambi tio cerni poterit liuor contentio, ira, indignatio, in ſpicientur vbiq; omnia in furore, & iracundia agita ta, ſubalternata, alterata, confuſa, profuſa, diſſolu ta, diſſipata, quæ miſerabilia ſunt nedum intuenti verum & audienti. Meditemur nobiſcum hiſtoriã illius hominis qui lagenam aquæ portat, oſtendet vobis cœnaculũ grãde. quid grãdius cœlo, in quo animarũ granditas continet? ibi parate prandiũ. vbi operũ remuneratio diſtribuit, & vna diſtribu tio remuneratur a ſtrenuiſs. duce potentiſs. Gedeo ne, Moyſe, Ioſue, qui ex operibus ſingula metitur homo iſte laborat, æſtuat, ſudat, anhelat, ſerio, & ſe dulo operatur portando lagenã aquę, opus figuli; vas terreum, & teſtaceum aqua implendo. huius ſanctiſſimo exẽplo, æmulatione, & nos imitatores moueri debemus implẽdo corpora noſtra, quæ fra giliora ſunt quolibet vaſe teſtaceo in fragmẽta ad quemlibet caſum eliditur. Illa ergo implebimus aqua rorante bonorum operum, vt fructificent, & germinent in Domino quotidie magis, ac magis. Clamat ille citharędus propheta, vita mea ſine te,

ſit non in contumeliam, ſed in honorem formatum, ex quo bona opera ſanctitatis pietatis religionis quotidie redoleant, fragrent, ſuauia reſpirent, fragrantia. Sit itaq; bonus odor vitæ in vitam, nō mortis in mortem curemus, vt qui non ſapiunt tandem ſapiant: qui ſapiunt non deſipiant: et qui deſipiunt poſtremo reſipiſcāt actus, & motus animi ratione præuia vincantur potentia Auth: caro ſanguis, timor, amor, affectus a iuſtitia, fortitudine, & temperantia regantur. Si quandoq; igniculi titillant reſpondeamus intrepide. Quis te, o caro Regem facit ſuccumbe: ſpes, metus ab homine recedant, dicat ſi ſic iſta dimittam in ſenſu ſuo; non ero amicus Cæſaris memoria, intellectus, voluntas; recte intelligant, velint ſapiant, ac obiurgando dicant, continete vos intra terminos, concedite, cædite, cadite, voſmet incidite, reprimite licentiam honeſtate. Quia omnis qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari, cum cogitamus mala in cordibus ſtatim ſuperueniat ratio, quæ ita actiones noſtras examinet, licet nobis cenſum dare Cæſari, an non in reſolutione tandem reddamus ſingula ſingulis, more æquiſſimi Iuris C. hinc maximo morbo aliquis ſaluberrimus liquor vtilis medicina eſt propinanda petenda adhibenda, vt ſanetur tantū vulnus in nobis adſint illæ virtutes, illæ partes animi candidæ quę fuiſſe leguntur in venerabilibus viris & patribus Ioſepho ab Arimathia, & Nicodemo qui venerat ad Ieſum nocte primum ferens mixturā mirrhę, & aloes quaſi libras centū, Ioſeph interpretatur

pretatur dñi iuſtus ſiue domini iuſtificatus Nicode mus includẽs iudicio, vel effuſio terrenitatis ſimus & nos iuſti timeamus dominum cum Ioſeph iudi/ cio omnia faciamus contemnamus terena effunda mus mũdana diligamus cęleſtia ſic Nicodemus my ſtice exponitur ſic cum ipſis veniemus nocte maxi ma diligentia ferentes mixturam bene olentẽ ope rum noſtrorum flagrabit in nobis rectum teſtimo= nium conſcientiæ noſtræ accipiemus Ieſum ligabi mus cum linteis mundis puro corde illum ſepelie= mus in monumento nouo in corde puro in ſpiritu recto exciſo in petra exculto laborato ĩ horto ope/ rum noſtrorum clamabimuſq;, tunc diuina conſo/ lationi tacti optime ſpiritu refecti: Mane nobiſcũ domine, quoniam aduesperaſcit, & inclinata eſt dies cum te ſol ſplendeſcit, ſine te obſcura nox om nia contegit, tecum verna temperie fruimur, ſine te æſtiuo, immoderato calore conficimur ſine tę bru= mali frigore contremiſcimus, tecum fœlici rerum euẽtu lætamur poſtremo, ſine te rebus aduerſis in/ gemiſcimus, & inteſtino dolore opprimimur, te Duce, & præuio benigna pace gaudemus nihil ma li metuentes, neq; formidantes, virtute illius confir mati, qui clamat hodie contra curioſos, cupidos, rerum nouarum indagatores. Conſumatum eſt, quidquid ſub vmbra, velato cortice, obſcura figu= ra occultabatur, perfectum, & Cõſumatum eſt. Rur ſus clamat in gratiam, & fauorem pii, & religioſi

cedit ſol, ſine te aduesperaſcit, ſine te aurora ni‑
greſcit cælum opacum, caliginoſum, nebuloſum
redditur & clauſum, ſine te aer confundit, ſine te
dies tenebroſus ſicut nox nebuloſa obſcuratur denſa redditur, quia per te nox ſicut dies illuminatur, quamobrem mane nobiſcum Domine, quia adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies gratiæ, dies lucis, dies bonorum operum, in quibus confirmatus pius gloriabundus dicet, Viſita Domine habitionem noſtram foue illam omnes inimici inſidias ab ea repelle a longe propulſa quinimo Angeli tui ſancti habitent in ea: nos in pace cuſtodiat & benedictio tua ſancta veniat ſuper nos ſemper. Dixi.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem. Anno Domini 1566.